25

CATALOGUS
OMNIUM ANIMALIUM
TESTACEORUM

Quæ in celeberrimo Muſæo

PETRI PAULI SCALI Liburnenſis

adſervantur:

Ex Mari Perſico, Sinenſi, Braſilienſi, Rubro, Americano, Oceano & Mediterraneo

Collectorum:

HIS ACCEDUNT QUAMPLURIMA QUAE DILUVIANA

appellantur.

Omnia haec pluteis X. diſtributa cubiculum deſiderant longitudinis Brachiorum Florentinorum XXIV. ſeu Alarum Pariſienſium XII. quae reſpondent Ulnis Londinenſibus XII. & ½

CATALOGUS

TESTACEORUM

CATALOGUS
ANIMALIUM TESTACEORUM.

PRIMA CLASSIS
De Testaceis Univalvis non turbinatis.

Echini.	}	
Patellæ.	}	
Nautili.	}	
Dentales & Antales	}	species N. 150.
Balani.	}	
Tubuli vermiculares	}	

SECUNDA CLASSIS
De Testaceis Bivalvis.

Conchæ.	}	
Conchylia.	}	
Dactili.	}	
Pectines.	}	species N. 290.
Pinnæ.	}	
Musculi.	}	
Tellinæ.	}	
Camæ.	}	

sum. 440.

TERTIA CLASSIS
De Testaceis Univalvis turbinatis.

sum. N. 440.

Cocleæ.	}	
Turbines.	}	
Conchæ Venereæ.	}	
Cylindri.	}	
Strombi.	}	species N. 860.
Trochi.	}	
Neritæ.	}	
Purpuræ.	}	
Buccinæ.	}	
Murices.	}	

species N. 1300.
Duplicatæ raræ . . . 1700.

N. 3000.

Omnes variis iisdemque pulcherrimis coloribus distinctæ.

PRIMA CLASSIS

De Teſtaceis univalvis non turbinatis.

N. 1. NAutilus Perſicus ſecundæ Claſſis, prægrandis; duoque alii ſimiles.
2. Nautilus levis, in quo naſcitur Polipus muſcardinus: quatuor horum ſunt grandes, ſex autem exigui.
3. Nautilus ſimilis exiguus cum duabus alis altioribus corpore; & alius Nautilus ſimilis cum alis longioribus.
4. Patella magna ſemicubiti circumferentiam ducens.
5. Patella ſtellata, Patella concava, Patella rugata, Patella retata, Patella ſulcata cum octo ſuperſulcis.
6. Patella exigua cum coloribus in ſua parte concava, nempè flavo, albo, ceruleo & nigro in faſcis.
7. Cannilli, ſeu Dentales plurium generum; craſſi cum lineis; & ſubtiles levigati.
8. Patella major, ſeu Concha aurita; grandes & exiguæ triginta.
9. Balani grandes albi cum diademate ſubrufo; & alii inferiores ſex.
10. Echinus Perſicus marinus, ſpinis carens, grandis, depreſſus, ſemicubiti circumferentiam ducens.
N. 11. Echinus ſimilis, quaſi acuminatus.
12. Echinus ſimilis, formam præferens inſtar Cordis.
13. Echinus noſtras ſetoſus, atque ſulcatus.
14. Echinus ſpinis undique refertus, ſeu potius Cardus marinus.
15. Echini octo Maris Rubri variorum colorum cum ſpinis levibus ordinatim poſitis, & in culmine triangulum, caſtanei coloris, cum duabus faſcis propè acumen earumdem.
16. Echinus ſpinoſiſſimus depreſſus.
17. Echinus ſubrufi coloris, cucurbitæ formam referens, cum ſigno ſpinarum extra ordinem.
18. Echinus albus ejusdem formæ.
19. Echinus puſtulis aſperſus.
20. Echini viginti ſubtiliſſimi; cum ſpinis exiguiſſimis.
21. Echinus grandis trium palmorum circumferentiam ducens, cum ſpinis exiguis, rubri coloris, & ſimul ſubrufi, & cum rugis clarioribus, vulgo dictus Echinometra Pelagia: ex his decem.
22. Sexdecim Tubuli vermiculatii variarum longitudinum, & formarum.
23. Balanus ſtellis conſperſus compreſſus.

SECUNDA CLASSIS

De Teſtaceis bivalvis.

N. 2. Concha Margaritifera Indica, rara, quatuor palmorum circumferentiam ducens; ex his exiſtunt ſex.
2. Concha ſimilis, ex Sinis, de ſuo concavo unionem parturiens ſimilem medietati Avellanæ: hæc eſt rariſſima.
3. Concha ſimilis cum pluribus unionibus pendentibus.
4. Concha Anathifera minor; ſeu Tellinæ pedatæ: ex iſtis duæ duplices.
5. Concha ut ſupradicta grandior.
6. Conchylium ſimile, in parte convexa album per totum ſub n. 7.
7. Conchylium Pecten rugoſum ſubrufum ſub n. 6.
8. Pecten ſtriatus cum lineis ſpiſſis.
9. Pecten omninò depreſſus.
10. Pecten unicæ auriculæ cum ſulcis raris.
11. Pecten planus convexus.
12. Pecten cum quinque ſuperſulcis, & duplici induſio.
13. Pecten cerebroſus, & rarus, binas complicationes præbens.
14. Pecten faſcis involutus, albi coloris punctatim.
15. Pecten in fundo flavi coloris cum maculis ſerpentibus albis, & ſanguineis.
15. b. Pecten ſcaber concavus abſque alis.
N. 16. Pecten cum ſulcis denſioribus, & fundo coloris vinacei.
17. Pecten in ſcavis undatus.
18. Pecten longior, ſed reſtrictior, quam alii.
19. Pecten cum ſulcis albis.
20. Pecten vini colorem præferens, cum altera auricula grandiore duplicatus propè finem.
21. Pecten roſaceus, & albus cum pluribus ſpinis in ſulcis, & altera ala longiore.
22. Pecten vinacei coloris clarus ut ſupra.
23. Pecten Corallini coloris cum unica ala.
24. Pecten cum aliquo ſulco albovinoſo cum Lineis utriuſque coloris, & unica ala.
25. Pecten violacei coloris cum maculis albis & unica ala admodum longa.
26. Pecten albus cum maculis rugoſis coloris vinacei.
27. Pecten variorum ſulcorum, quorum quiſque oſtendit ſeptem lineas albas ſimulque ſanguineas, undantes in albo.
28. Alter ſimilis, in quo ex omni ſulco exeunt dentes canini.
29. Pecten medius albi, & medius rubri coloris, & ſupradictæ formæ.
30. Pecten latus albus depreſſus, cum lineis minutiſſimis.
30. Pecten latior duplicis ſpeciei cum lineis roſaceis.
30. Pecten coloris vinacei, & albi.
30. Pecten cæruleus ex quo pendet longum tuberculum.
32. Concha Perſiana magna coloris Margaritæ in parte interiori, & cortice ſpinoſo.

N.33. Similis Concha minor.
34. Concha Corallina, dicta de Pictoribus.
35. Concha quasi plana, orbiculata, & grandis.
36. Pecten coloris nigri, intus, & foris.
37. Pecten Corallinus spinosus, extrinsecus.
Alter similis flavus.
Altet concavus cum quinque sulcis.
Alii quinquaginta sex similes grandes, & exigui variorum colorum, & formarum.
50. Testaceum nuncupatum Spondiilus, album per totum: sive Ostrea Gaideropoda.
Aliud Testaceum cum tubulo superius.
51. Testaceum vinacei coloris cum verutis scabris, album ex altera parte, nuncupatum pariter Gaideropoda.
52. Testaceum ejusdem nominis album per totum, aspersum lineis subrufis.
70. Pinna, sive Conchylia grandia, vulgo Naccherone, tria.
71. Pinna scabra, atque squamosa, alia aculeata.
72. Balanus seu Pholades grandior, & tres alii minores.
73. Balanus inferior cum lineis variis.
74. Balanus tubulus verminus pendet, albi coloris in parte concava.
75. Dactilus cum indusio coloris castanei, dictus Pholades a latendo.
76. Musculus niger extrinsecus, intus vero violaceus, & albus.

N.77. Conchylium cerebrosum lactei coloris: aliud in saxum conversum.
78. Concha Rhomboides Naviculam exprimens.
78. Concha admodum longa cum limbo seminigro.
79. Concha striata extrinsecus cum limbo ut supra, alba autem in suo concavo.
78. Musculus striatus, ab aliis mitulus.
80. Concha angustior cum maculis obscuris, & admodum cavata.
81. Concha adhuc angustior, & fere plana.
82. Concha fere orbiculata nigra, & simul nitida.
83. Concha exigua argentei coloris cum dentibus in circuitu.
84. Tellina longa, & angusta, coloris ignis accensi, cum undis lactei coloris.
85. Tellina undata.
86. Tellina Maris Mediterranei cum fundo violaceo.
87. Tellina ovo similior quàm alia coloris argentei igniti in suo concavo.
88. Conchylium nuncupatum Nux Maris scabrum in testa.
89. Concha longa coloris Conchæ Margaritiferæ.
90. Concha nuncupata Concha pictorum Maris Rubri, in interiori parte ostendit colorem quasi argenteum, & simul violaceum.
91. Tellina in ambabus partibus ornata vittis candidis, sulcata vinacei coloris.
92. Tellina alba dentibus munita in circuitu, cum maculis coloris ignei.

93. Tellina alba per totum.
94. Tellina alba, & caſtanea irregularis, & extrinſecus bis longa.
95. Conchylium nuncupatum Concha levis, marmoratum, & ſubtile.
96. Conchylium inſtar cordis.
97. Conchylium nuncupatum Tellina caſtanei coloris, album in parte convexa.
98. Tellina alba cum vittis coloris caſtanei.
99. Conchylium vinacei coloris, extrinſecus cum vittis exiguis, in fundo autem albi coloris.
100. Conchylium cum faſcis vinaceis, & ſimul albis extrinſecus, aliquantulum ſulcatum nigro colore, intus autem album.
101. Concha rugata fulvi coloris.
102. Concha cum pluribus rugis interciſis, coloris claro fulvio.
103. Concha alba cum ſex rugis.
104. Concha coloris terrei.
105. Conchylium, Cama, ſubtile.
106. Conchylium, Cannolicchio, nuncupatum *Solengar*, à Latinis *Unguis*.
107. Concha tenuis teſta, cum fundo argenteo, & violaceo.
108. Cama, Eliicimeriides magna, videlicet Cama grandis, cum maculis fulvis, compoſita variis induſiis.
109. Conchylium denticulatum de ſubſtantia marmorea, cum undis coloris capillini.
110. Conchylium ſimiliter dentibus munitum cum undis coloris claro fulvi cum fundo albo, & in extremitate vinaceo.
111. Concha cum lineis inſtar Canopes murini coloris, intus vero albi.
N.112. Concha fere plana ſulcata, cum quibusdam lineis vinaceis in oppoſito.
1113. Concha ſimilis cum ſulcis rarioribus.
114. Conchylium Oſtrea inſtar unguis aſininæ.
115. Concha Striata, & ſquamoſa, coloris alabaſtrini.
116. Conchylium ſimile valdè majus ſtriatum cum cavis in longum ductis uniſquibuſque referentibus formam ſerræ, coloris quaſi albi, in parte autem concava coloris carnicini dentatum.
117. Conchylium ſulcatum, in dorſo albi coloris.
118. Conchylium ex Indis ſulcatum, intus & foris, majus quam ſupradictum.
119. Conchylium ſimile adhuc grandius cum ſulcis in extremitate partis concavæ inſtar dentium.
120. Conchylium ſimile rugatum albi coloris, & ſimul aliorum variorum.
121. Conchylium rugatum in albo cum ſulcis altioribus.
122. Concha longa, vel potius Cama Peloride, in convexo circumdata quibusdam faſciis roſei coloris: binæ notæ candidæ radiorum inſtar ab eodem cardine extenſæ ſuper imponuntur.
123. Conchylium teſtæ ſolidæ, & de ſubſtantia marmorea dentatum in circumferentia, album autem in parte concava, ſed in parte oppoſita interjectis maculis terrei coloris.

N. 124. Conchylium Oſtrea echinata alba.

125. Conchylium Oſtrea ſulcata cum ſpinis rubris, & ex parte exteriori coloris vinacei cum variis tuberculis.

126. Conchylium ſimile albi coloris ſpinoſum.

127. Conchylium Oſtrea flavi coloris ſulcatum.

128. Conchylium imbricatum exiguum.

129. Conchylium ſimile extraordinariæ magnitudinis.

130. Conchylium ſimile minoris magnitudinis.

131. Conchylium undatum, & ſimul imbricatum.

132. Conchylium amictum faſciis coloris pulli in parte convexa, intus vero cerulei.

133. Conchylium ſulcatum in duobus locis ſcabrum.

134. Concha marmorata teſtæ altè excavatæ cum ſtriis duplicibus, in quarum quibusdam ſunt rimulæ intus vacuæ cum ſuo inverſo plano.

135. Conchylium nuncupatum Buccardia, plurium magnitudinum.

136. Conchylium longæ ſpeciei cum ſulcis in excavatione rotundis, in rimula planis, & ſuper quemcumque ordinem cuſpides, quæ exeunt foras.

137. Conchylium cum ſulcis minutis atque rotundis ſub n. 136.

138. Conchylium cum ſulcis profundis vario tinctis colore diluto quaſi acu Hungarica comptis.

139. Conchylium ſemiflavi coloris cum ſulcis duplicatis, quorum excavationes ſunt ſcabriores quàm rimulæ coloris valde pulli, cum quibusdam faſciis inverſatis.

N. 140. Conchylium ſtriatum coloris terrei.

141. Conchylium ſtriatum cum ſulcis rotundis alter alteri junctis, a Latinis nuncupatum Concha echinata ſtriata.

142. Conchylium echinatum, ſeu potius Conchylium Hiſtrix cum coloribus flavis, claris, & pullis.

143. Conchylium ſtriatum, echinatum, & rotundum cum ſulcis rarioribus, quam ſupradicti.

144. Conchylium nuncupatum Nux marina cum ſtriis facilibus, cinctum faſciis coloris terræ flavæ.

145. Cama faſciata colore fuſco, & teſtæ craſſæ.

146. Conchylium pariter nuncupatum Nux marina, cum ſtriis facilibus candidi coloris aſperſi maculis flavis, & pullis.

147. Cama granoſa.

148. Cama vittis ſignata marmorea.

149. Cama major faſciis cincta coloris albi ſub n. 148

150. Cama Braſiliana granoſa.

151. Concha Corallina concava admodum rugoſa, & alia flavi coloris.

152. Concha Organica, circumdata tubulis tanquam recti Organi epiſtomium.

153. Concha, ſive Oſtreola in qua cernitur Margarita, non integrè formata, magnitudinis duplicis Ciceris.

154. Concha nuncupata Vulva marina ſpinoſa, cum alia coloris

vivioris ex Brasilia.
155. Concha variorum colorum utpote cerulei, flavi, albi, umbrati, &
156. Concha Indica flavi coloris, clari tanquam lineæ.
157. Conchylium admodum planum cum lineis minutissimis in forma semicirculi cum albo colore ad utramque partem.
158. Concha plana cum lineis ut supra, sed coloris cerulei, & albi intus lucidi.
159. Concha Ostreola, extrinsecus scabra, intus vero inargentata.
160. Concha fasciis amicta cerulei coloris.
161. Conchylium Ostrea, quæ quasi in carcere detinet cum aliis exiguis Cochleam purpuram spinosam.
162. Aliud Conchylium Ostrea, quæ cum aliis detinet quasi in carcere purpuram non spinosam.
163. Conchilium cranæ testæ extraordinariæ magnitudinis, intus dentatum.
164. Alia hujusmodi Conchylia minora, unum intus coloris albi cum maculis obscuris, cætera omninò alba.
165. Conchylium Arsella grandis extraordinariæ magnitudinis.
166. Concha ex Marignone extrinsecus coloris capillini, cum fasciis pullis & intus cerulèis, & conchæ Margaritiferæ.
167. Concha Cappuccina intus expolita, & extrinsecus minutim sulcata, & subtilis.
167. Concha relata a Martino Lister, & a Patre Philippo Bonanno cordis figuram non depressi, sed gibbosi refert, ex Mari Rubro rarissima.
N. 168. Concha Echinata striata in Massiliano Litore inventa, strias enim magis inter se distantes armatas habet aculeis rotundis, & robustis ad vulnerandum aptissimis; color illi est ex fulvo, & citreo, punctisque rubidis aspergitur.
Variæ aliæ Conchæ, & Conchilia diversorum colorum.

CLASSIS TERTIA.

De Testaceis Univalvis turbinatis.

N. 1. Cochlea Persica, aliæque duæ variorum colorum.
2. Cochlea Orientalis, seu potius Conchylium carnicini coloris dictum *Vela*.
2. Cochlea similis cum tribus Balanis stellatis in dorso.
3. Cochlea dispersa in Concha plana.
4. Cochlea similis consperſa punctis coloris lividi violacei, & castanei clari sub n. 3.
4. Cochlea similis, sed admodum subtilis albi coloris.
4. Aliæ duæ similes coloris castanei clari.
5. Cochlea similis vinacei coloris, consperſa punctis violaceis & sanguineis.
5. Alia similis longior.
6. Cochlea similis coloris sicut Tigri.
7. Cochlea similis sub n. 2. sed restrictior cum spiris expressioribus, in capite coloris vinacei clari.

N. 8. Cochlea candida, ac nitida, & ponderosa, quasi ebur.
9. Cochlea cum lineis serpentibus Maris Rubri.
10. Cochlea Olearis Orientalis de substantia Conchæ Margaritiferæ, prægrandis.
11. Cochlea similis multò minor, lucida verò, atque subtilior.
12. Cochlea similis inferior.
13. Cochlea major lunaris Messicana variis redimita coronis de substantia Conchæ Margaritiferæ, ex parte oris exit foras in medio labrum instar Tubi exigui, & ex altera exurgit turgiditas instar auriculæ coloris smaragdini.
14. Cochlea simils grandior coronata coloris Conchæ Margaritiferæ, & in aliquibus locis coloris albi obducti.
15. Cochlea Orientalis margaritata cum undis coloris murini obscuri.
16. Cochlea pulcherrima, & rarissima cum labro duplicato, coloris violacei albefacti, & refracti.
17. Cochlea celata coloris Conchæ Margaritiferæ cum rimulis in foras ritè ordinatis instar Margaritarum.
18. Cochlea similis cum rimulis strictioris regulæ.
19. Cochlea similis grandior.
20. Cochlea similis depressior.
22. Cochlea Americana pulcherrima, ac rarissima, coloris Conchæ Margaritiferæ circumdata segmentis coloris smaragdini, inter quæ cernuntur Margaritæ, quæ ordinatim totam Cochleam cingunt, & spiræ, seu striæ divisæ oculo videntur, tactu verò non inveniuntur, unde est undique penitus plana.
N. 22. Cochlea Maris Rubri cum testa alba, substantiæ vero Conchæ Margaritiferæ cum lineis duplicatis, & rimulis spinosis.
23. Cochlea similis cum spinis grandioribus.
24. Cochlea similis sulcata sine spinis.
25. Cochlea similis rara, coloris Conchæ Margaritiferæ & plana.
26. Coopercula eorumdem Testaceorum, quædam coloris ignei, alia viridis & albi, alia murini, alia plurium colorum; simul albi obscuri, quorum nuncupatio apud Latinos est *Umbilicum Marinum*.
27. Cochlea signata, plana fulvi coloris.
28. Cochlea similis clarior, & cum lineis coloris vivioris.
29. Cochlea striata, & alveolata cum ore reducto.
30. Cochlea echinophora major.
31. Cochlea similis minor.
32. Cochlea rugata capillini coloris.
33. Cochlea Americana cum strii rotundis, & aliarum dissimilibus.
34. Cochlea Indica depressa cum mirabili opificio organizata; cernitur in medio partis inferioris ipsius hiatus, in quo circumgeritur scala.
35. Cochlea umbilicata de substantia Conchæ Margaritiferæ punctata colore nigro obducto
36. Cochlea cum indusio eburneo, punctata colore nigro obducto

cto cum cono altiore, rara.
37. Cochlea nudata ſcabra coloris Conchæ margaritiferæ intus, & foris conſpicitur quaſi braſſicam cucullatam.
38. Cochlea ex Braſilia cum labro crenato plano, & alio reducto verſus corpus cinericii coloris, punctato.
39. Cochlea ſerpens Perſici coloris, & ceræ ſigillaris finiſſimæ.
40. Cochlea ſimil minor.
41. Cochlea, quæ præfert galeam bellicam variarum figurarum, atque colorum, ex his exiſtunt viginti, & ultra grandiores, vel minores.
42. Cochlea ſimilis cum labro minore.
43. Cochlea auriculata, & faſciis cincta, cum labro admodum elevato, & ſolido, ore puſtulis, & rugis conſperſo ſub n. 42.
44. Cochlea aſperſa, vel ſcabra, cujus formæ, & colores deſcribi non poſſunt, cum appareant centenis modis, & amplius; ex his exiſtunt ſex, partim grandes, & partim exiguæ.
45. Cochlea cincta faſciis de ſubſtantia ſolidiſſima armata verutis in girum converſis, & in extrema parte refert collum rugoſum.
46. Cochlea ſimilis minor.
47. Cochlea prodigioſa, ex dentibus quos habet in ore albi coloris punctata caſtaneo claro: ex Indis.
48. Cochlea, quæ ex colore, & ex ſubſtantia videtur cornu bovinum in ſe ipſum reflexum: ejus os apparet in parte contraria ore aliarum a nonnullis nuncupata: Cornu Ammonis.
N. 49. Cochlea inſtar Turbinis pentidactili, in ore anguſto cum variis rimulis, punctata maculis nigris.
50. Cochlea ſimilis, ſed abſque pendicibus in ore ampliore.
51. Cochlea ſimilis cum rimulis inferioribus.
52. Cochlea coloris plumbei circum inverſum ſignata.
53. Cochlea Margaritata ſulcata circum inverſum.
54. Cochlea cum ore amplo ſimilis murici in duritie teſtæ, in rimulis autem minutim cincta colore fulvo, intus vero alba, & circum os flavula.
55. Cochlea coloris terrei ſpinoſa ſupra corpus cujuſcumque ſpiræ, & alia coloris Conchæ Margaritiferæ.
56. Cochlea ſulcata circum inverſum de ſubſtantia Conchæ Margaritiferæ.
57. Cochlea quaſi acu picta coloris perſici, & opificio finiſſimo in punctis, & undis.
58. Cochlea cum filis undatis in longitudine corporis coloris albi nigri, caſtanei clari, & fulvi.
59. Cochlea coloris perſici minutim ſignata maculis fulvis.
60. Cochlea maculata colore obſcuro, & citrino.
61. Cochlea terrei coloris cum faſciis in longum, coloris caſtanei, & de ſubſtantia Conchæ Margaritiferæ.
62. Cochlea Perſica, in qua cernitur velut ordinatim extenſum cinctorium menium coloris caſtanei fulvi interjecto filo viridi,

ridi, & alius minoribus oblita de ſandaracha coloris caſtanei clari, & in baſe corporis punctata colore carnicino, narratu difficilis ob ſuam pulchritudinem, & formam de ſubſtantia Conchæ Margaritiferæ.

N.63. Concha ſimilis clarior punctata albo colore & caſtaneo obſcuro in medio corpore.

64. Cochlea cum fundo carnicino cum faſciis albi caſtaneique coloris.

65. Cochlea cum ore lato, plena tuberculis in linea tranſverſa quorum quidam ſunt involuti coloris terrei, magnitudinis medii Ovi Gallinacei.

66. Cochlea umblicata cum altis ſulcis tranſverſis cum colore eboris ſimile punctata de nigro fulvo.

67. Cochlea viridis, & albi coloris exterius punctata, ſulcata exiguis cingulis, denticulata duobus ordinibus ſuper caput, intus verò coloris Conchæ Margaritiferæ, & flavi.

68. Cochlea ſulcata, atque denticulata quatuor ordinibus, punctata verò colore flavo, fulvo, viridi, albo, & ſanguineo cum ore ſimili ſupradictæ Cochleæ & ſulcata circum labia.

69. Cochlea olearis Perſiana rariſſima de ſubſtantia Conchæ Margaritiferæ, cum colore claro obſcuro; quæ cuicumque oculo videtur, & extimatur ſulcata, æque intra os, ac circum Conum, dum cum admiratione ex tactu omnino plana invenitur.

N.70. Cochlea umblicata Margaritata cum ſpiris inſtar calcei, varians in colore finiſſimæ ceræ ſigillaris, cum tuberculis in corpore, & circum.

71. Cochlea ſimilis lucidi coloris circumflexi in baſe ſanguinei coloris.

72. Cochlea ſimilis tecta colore rubro accenſo.

73. Cochlea ſimilis terrei coloris punctata ac lineata colore ſanguineo.

74. Cochlea ſimilis cerulei coloris conſumpti.

75. Cochlea ſimilis punctata colore rubro conſumpto.

76. Cochlea com ore verſus foras inſtar Tubæ coloris albi, caſtanei, & vinacei.

77. Cochlea punctata cum teſſulluiis coloris lividi & violacei: & tres aliæ ſimiles.

78. Cochlea aſperſa minutis teſſellulis flavi coloris, plus & minus craſſis, & tres aliæ ſimiles.

79. Cochlea in aureo colore punctata colore albo, & tres aliæ ſimiles.

80. Cochlea ſimilis levigata nitida maculata ſigniculis ſemiviridibus, & albis croceis, cum rimula alba retorta in convexu in linea ſpirali, quæ detegit orbes occultos.

80. Quatuor aliæ Cochleæ ſimiles plus minuſve grandes, & coloratæ.

81. Cochlea undata nigro colore, punctata albo, minutis rimulis cincta.

82. Cochlea undata ſimilis colore nigro in campo terreo.

83. Co-

N.83. Cochlea ſimilis coloris Æthiopici, & albi.
84. Cochlea cum punctis plus minuſve grandibus, albi & nigri coloris.
84. Aliæ quatuor ſimiles, plus minuſve coloratæ.
85. Cochlea flavi coloris ſerpens, & punctata colore caſtaneo, & aliæ quatuor.
96. Cochlea coloris caſtanei pleni cum ſex faſciis nigro colore punctatis.
87. Cochlea flavi coloris cum faſciis ſerpentibus coloris nigri.
88. Cochlea depreſſa cum ore tecto colore flavo claro.
89. Cochlea depreſſa cum ore tecto colore flavo claro.
90. Cochlea ſulcata in tranſverſum corporis obſcuri coloris cum punctulis albis, & ore minutim denticulato.
91. Cochlea ſimilis punctata nigro colore in fundo albo denticulata ut ſupra.
92. Cochlea ſimilis cum maculis nigris, ac albis rarioribus.
93. Cochlea ſimilis cum virgulis nigri coloris.
94. Cochlea ſimilis Maris Rubri depreſſa alba, undans verò colore flavo.
95. Cochlea umblicata nigri, rubrique coloris.
96. Cochlea ſulcata, teſſellulata colore nigro, & ſimul ceræ ſigillaris finiſſimæ undique denticulata.
97. Cochlea punctata cera finiſſima ſigillare in ſpatio albo.
98. Cochlea coloris carnicini cum characteribus Sinenſibus, & lineis juxta os ſupra corpus.
99. Cochlea teſſellulata colore caſtaneo rubro in linea tranſverſale.
100. Cochlea punctata colore caſtaneo claro in ſpatio albo.
101. Cochlea alba de ſubſtantia craſſa cum tribus dentibus in ore ſimilibus radiis pectinis tamquam tectis a lima; & aliæ quatuor ſimiles, plus minuſve grandes.
102. Cochlea flavi coloris cum unica linea caſtanei, quæ oritur ex medio ore, & terminat in fine ultimæ ſpiræ.
103. Cochlea ſulcata, cum lineis, & punctis nigri rubrique coloris in ſpatio albo, undique denticulata.
104. Cochlea cum faſciis, atque undis flavis & nigris.
105. Cochlea punctata colore flavo obſcuro nigro, & albo, ſubter de ſubſtantia Conchæ Margaritiferæ.
106. Tres cochleulæ depreſſæ plumbei coloris, ſulcatæ, & punctatæ obſcuro colore, coronatæ a prima uſque ad ultimam ſpiram, ſubter verò coloris carnei.
107. Cochlea depreſſa carnei coloris cum quatuor maculis rubris circumdata tuberculis in extremitate corporis.
108. Duæ Cochleæ violaceæ de ſubſtantia leve.
Aliæ variæ variorum colorum & magnitudinum.
109. Cochlea, cujus teſta craſſa eſt, & ponderoſa, colore carneo maculis rufis, & caſtaneis invicem alternatis victata.

De Variis ſpeciebus Turbinum.

N. 1. Turbo ſignatus tresdecim orbium circumvolutionibus.

2. Tur-

N. 2. Turbo decem orbium circumvolutionibus.
3. Turbo cum ore purpurino vinacei coloris, cum lineis albis, & caſtaneis.
4. Turbo ſimilis coloris vinacei clari, flavus in apice, & punctatus colore caſtaneo.
5. Turbo albus, violaceus clarus, atque punctatus de nigro.
6. Turbo rugatus duabus lineis coloris caſtanei, quæ terminant ad os in medio colore claro obſcuro cum linea citrina a prima orbis circumvolutione uſque ad ſeptimam, & in reliquo coloris ConchæMargaritiferæ.
7. Turbo ſulcatus in undis minutiſſimis albus.
8. Turbo cum rugis albis, & flaviſulvis, cum tribus dentibus.
9. Turbo albus cum tribus faſciis rubris.
10. Turbo pictus colore carnicino.
11. Turbo cum lineis coloris vinacei clari.
12. Turbo ductus ſpiris coloris obſcuri, albi, atque vinacei.
13. Turbo coloris vinacei clari, translucidi & albi.
14. Turbo ruber cum aliqua linea alba.
15. Turbo albus, & in aliqua parte coloris capillini.
16. Turbo levis cum ore ab aliis diverſo.
17. Turbo ſignatus colore nigro, in fundo autem coloris flavi clari.
18. Turbo ruber cum duabus lineis in ſecunda orbium circumvolutione.
19. Turbo Indicus, mirabilis in corpore, in quo inſunt ſeptem ordines punctorum nigrorum elevatorum, reliquæ verò circumvolutiones coloris terrei, & in ore variæ lineæ nigræ.
N. 20. Turbo Americanus levis cum faſcia aurei coloris, quæ totum ejus os circumdat inſtar labri revoluti cum quibusdam maculis in corpore, capillini coloris.
21. Turbo inſtar Buccinæ exiguæ, & levis, capillini coloris, quo grandior non invenitur.
22. Turbo alter coloris clari cum tribus lineis, in corpore capillini coloris.
23. Turbo cum duobus filis junctis, velut ſericum nigri coloris, quod ex ore corpus circumdat.
24. Turbo ſimilis obſcurus, & albus cum duabus lineis nigris, altera ab altera procul per tranſverſum primæ circumvolutionis.
25. Turbo lineis vinaceis cinctus inſtar hieroglifici per totam primam, atque ſecundam circumvolutionem, in reliquo coloris fulvi.
26. Turbo coloris albi, tinctus quaſi aquaria pictura flavi coloris, ſtipatus lineis a vertice uſque ad finem: rariſſimus.
27. Turbo albus punctatus colore capillino cum ordine lineæ: rariſſimus:
28. Turbo levis albus quatuor circumvolutionum, quarum prima eſt quater altior aliis tribus, cum ore lato anguſto autem in medio ſimilis humanæ auriculæ in foras revolutæ: rariſſimus.

29. Tur-

N.29. Turbo candidus magnitudinis ſtroboli cum rimulis ordinatim ductis.

30. Turbo albus octo orbium circumvolutionum, acutis punctis circumdatus, ab ore uſque ad acumen ipſorum.

31. Turbo repletus, atque quaſi coopertus puſtulis tranſverſum coloris capillini, atque albi.

32. Turbo exiguus terrei coloris cum ſpinis longis glomeratis ſupra corpus, aliiſque inferioribus a ſecunda, uſque ad quartam circumvolutionem.

33. Turbo decem orbium circumvolutionum coloris caſtanei clari, in qualibet earum dentibus circumdatus, cum rimula, quaſi pedetentim eum cingit uſque ad finem.

34. Turbo albus anulatus, ſulcatus tribus dentibus, quem diceres ſcalpro inciſum, opere moſaico.

35. Turbo rimulis circumdatus interjecto colore capillino.

36. Turbo levigatus coloris clariſulvi, & foris minutim rugatus.

37. Turbo vinacei coloris cum ſulcis elevatis, in ore verò coloris cerulei fulvi, & foris minutim rugatus.

37. Alius ſimilis albus.
Alius cum faſciis duplicatis in quacumque circumvolutione punctata colore capillino.

38. Turbo vinaceus circum quem cernuntur puſtulæ elevatæ albæ.

39. Turbo capillinus obſcurus ſeptem circumvolutionum cum ore admodum longo, & quatuor dentibus; & quaſi in extremo primæ circumvolutionis, cernitur linea coloris flaviſulvi: rariſſimus.

N. 40. Turbo levis quinque circumvolutionum translucidarum coloris margaritini cum ore admodum longo.

40. Turbo, cujus induſium videtur textum octo circumvolutionibus, in colore flavo fulvo, & cum ore unici labri elevati, quod exit rectum ex ſecunda circumvolutione, & in ipſa abſconditur, inde a parte egreditur, & tranſit a tertia ad quartam circumvolutionem.

41. Turbo ſimilis, atque ejusdem formæ, ſed albus.

42. Turbo albus puſtulis coopertus.

43. Turbo coloris terrei cum tribus ordinibus circumvolutionum, unaquæque quarum eſt minutim punctata, teſſellulata circum colore capillino, & albo, reliqua colore terreo.

44. Turbo retatus cum fundo vinaceo claro, & alio albo cum lineis rubris.

45. Turbo terrei coloris cum tribus lineis punctorum nigrorum, quæ ejus os cingunt in octo circumvolutionibus, & ſuper primas interfluit rimula coloris obſcuri, & albi, quæ illud efficit venuſtiſſimum.

46. Turbo ſubtilis pallidi coloris cum ore vitiato, in cujus medio cernitur exiguum foramen, quod tendit uſque ad finem circumvolutionum cum lineis capillinis tranſverſis, quæ in quacumque circumvolutione duplicantur.

47. Tur-

N.47. Turbo ſimilis clarior, in quo præter dictas formas, ex altera oris parte cernuntur variæ ſeries dentium.

48. Turbo garagoo ſignatus inſtar retis.

49. Turbo magnus minutim ſignatus albi coloris, revolutus in collo.

50. Turbo ſimilis coloris capillini clari & albi.

51. Turbo ſimills obſcuri coloris undatus.

52. Turbo tuberoſus cum labro admodum foras elevato variis pictus coloribus, nempè violaceo, viridi, ac fuſco.

53. Turbo triangulatus marmoreus rariſſimus, cum ore lato & extenſo ſimili auriculæ cum lineis duplicatis, elevatis in fine partis inferioris.

54. Turbo novem circumvolutionum cum ore inſtar Lunæ ſemiplenæ a parte inferiori. in fine corporis coloris terrei, undique rugatus, & duplicatus in fine cujuſcumque circumvolutionis.

55. Turbo levis albus.

56. Turbo elegans cujus os extenditur quantum reliquum corpus, formatus inſtar puſtularum variorum colorum, & novem circumvolutionum.

57. Turbo, qui præter ſubtiliſſimas criſpas per tranſverſum factas per longitudinem in qualibet circumvolutione, præfert magnum numerum angulorum, & in ſua baſi extendit collum longum, & ritè fundatum: hic advenit ex Rubro Mari.

58. Turbo tuberoſus cum ſubtiliſſimis flexionibus.

N.59. Turbo cum quinque faſciis albis, & quinque nigerrimis ore anguſto, & denticulato, ſuper quod circumfluit albedo punctata de nigro, magnitudinis Olivæ.

60. Turbo capillinus ruber, redimitus, & punctatus albo colore, levigatus, ore denticulato ejusdem magnitudinis ſub n. 61.

61. Turbo cum quatuor faſciis albis, & quatuor nigris ore latiore non denticulato ſupradictæ magnitudinis.

62. Turbo flavus undatus de nigro, ore denticulato ejusdem magnitudinis.

63. Turbo ſeu potius Buccina exigua cum circumvolutionibus perforatis, alba, & lucida cum tonellulis rubris punctatis.

64. Turbo cum ore longiore quaſi medietate corporis ſulcatus, ex altera parte albi coloris, punctatus colore citrino, nuncupatus a Gallis, ac Batavis Corona Papalis, nam in ſuo cono circumvolutiones præferunt quaſi Thiaram Pontificiam.

65. Turbo auritus cum labro revoluto, quod ſe extendit foras, ac denticulatus duobus ordinibus dentium, teſſellulatus colore nigro, in corpore oſtendit venas cum tincturis ſimilibus lapidi Agathæ Orientalis levigatus, alius coronatus in corpore.

66. Turbo auritus, ita dictus a labro, quod præfert inſtar labri auriculæ humanæ ſignatus ſubtiliſſimis filis undantibus in colore aureo. 67. Tur-

N.67. Turbo nuncupatus Tela aurea, eum cingit ex altera parte labrum album, distinctum fasciis nigris quæ illum transversum circumdant.

68. Turbo nuncupatus Oculus Felinus, cum fundo albo, punctatus colore capillino.

69. Turbo crispatus cum ore longo aurei coloris.

70. Turbo instar rastri, coloris cerulei.

Alius similis albus.

71. Turbo circulatus, albo colore, & terreo.

72. Turbo muricatus cum crispis cerebrosis coloris albi, terrei, & capillini.

73. Turbo coloris flavi clari, signatus nigro colore, cum pustulis in omnibus circumvolutionibus.

74. Turbo albus punctatus aureo colore, cum ore aperto, & testa admodum crassa.

75. Turbo similis minor nuncupatus Crotalum.

76. Turbo similis ordinatim punctatus colore fulvo; ex his existunt quidam exigui, & grandes, in diversitate duorum supradictorum.

77. Turbo Indicus albi coloris levigatus cum ore falcato, contusus in fine singularum circumvolutionum.

78. Turbo pentidactilus cum acuminibus acutis:

79. Turbo similis cum acuminibus magis exiguis, & minus acutis.

80. Turbo auritus, & denticulatus in quacumque circumvolutione grandiori signatus osseo colore.

N.81. Turbo similis, sed magis exiguus.

82. Turbo carnicini coloris, pustulis plenus, ac redimitus in secunda, & tertia circumvolutione.

83. Turbo cum sulcis coloris albisulvi, & capillini, cum ore undique rugato, in cujus medio inest color igneus cum labro crispato, & foras extenso.

84. Turbo cum lineis albis flavisque, partim denticulatis, & partim coronatis cum labro extra os duplicato.

85. Turbo margaritatus undatus castanei coloris, cum ore minutim denticulato.

86. Turbo albus sex orbium circumvolutionibus minutim rugatus, coronatus in prima ac secunda circumvolutione, reliquæ in punctis elevatis, os habet longum cum labris inversis rugatum flavo colore.

Alius similis quinque orbium circumvolutionibus.

87. Turbo margaritatus cum maculis coloris capillini clari, cum ore admodum longo, labro rimulato cum quatuor sulcis, e conspectu earumdem macularum.

88. Turbo albus, & levigatus cum testa solida, & septem orbium circumvolutionibus, unaquæque quarum distinguitur tot scrotis inflatis.

89. Turbo punctatus de albo, & flavofulvo colore, cum orbium circumvolutionibus duplicatis in fine spirarum.

90. Turbo nuncupatus Turris Babilonica cum fundo albo punctato

ctato de nigro, a primo ore, uſque ad finem, cujuſque circumvolutionis, & in ipſis punctato de colore fulvo, & capillino in fine oris aperti in foras inſtar lineæ.

N.91. Turbo, ſeu Fiſtula Maris vinacei coloris, punctatus, & graphis; exiguis maculis albis, & cum labro inverſo.

92. Turbo ſimilis albus.

93. Turbo ſimils albus cum quibusdam venis aurei coloris.

94. Turbo roſtratus, dictus etiam ventricoſus, cum labro denticulato.

95. Turbo magnus compoſitus duplici ordine circumvolutionum; totus albus, ſed in quacumque ipſarum circumvolutionum effinguntur ductus penicilli rufi coloris.

96. Turbo ſimilis ſub n. 74. ſed multo majoris longitudinis, & cum maculis amplioribus aurei coloris.

97. Turbo, unum & viginti orbium circumvolutionum albus cum cingulis punctatus ferreo colore.

98. Turbo duodecim orbium circumvolutionum unici coloris & formæ.

99. Turbo decem, & octo orbium circumvolutionum unici coloris, & formæ.

100. Turbo unum, & viginti orbium circumvolutionum, coloris unici.

101. Turbo Indicus vinacei coloris, & quindecim orbium circumvolutionum cinctus faſciis, cum rimula punctata, atque retracta ſupra unamquamque circumvolutionem, & coronatus.

N.102. Turbo ſimilis terrei coloris.

103. Turbo ſcaber margaritini coloris.

104. Turbo cinctus faſciis, ſignatus quindecim orbium circumvolutionibus, quæ omnes reflectuntur in adverſum, verſus os terrei coloris: hic eſt rarus.

105. Turbo levigatus albus punctatus colore Ziziphi maturi.

106. Turbo levigatus albus punctatus colore flavo.

107. Turbo cum pretextulis ſupra ſingulas circumvolutiones albi coloris coronati in extremitate uniuſcujuſque ipſarum.

108. Turbo cerulei coloris duodecim orbium circumvolutionum, quæ omnes revolvuntur verſus os, ſupra unamquamque ipſarum circumeunt duo tanquam exigua cingula.

109. Turbo quindecim orbium circumvolutionum, quæ omnes apparent cinctæ quaſi quibusdam exiguis cingulis albi coloris.

110. Turbo albus rugatus quatuordecim orbium citcumvolutionibus, quæ omnes revolvuntur verſus os.

111. Turbo albus tredecim orbium circumvolutionum, unaquæque earum cernitur denticulata in extremitate.

112. Turbo totus aurei coloris rugatus, & cum duodecim orbium circumvolutionibus.

113. Turbo pariter cum duodecim orbium circumvolutionibus duplicatis in vigintiquatuor, maculatns colore igneo ſupra candidum Ebur levigatum.

114. Tur-

.114. Turbo magis exiguus ejusdem coloris, & earumdem circumvolutionum.

115. Turbo tredecim orbium circumvolutionum levis coloris ossei signatus.

116. Turbo ossei coloris quatuordecim orbium circumvolutionum signatus, ac tessellulatus circum unamquamque earum.

117. Turbo repletus angulis a primo apice oris usque ad ultimam circumvolutionem in ordine circuitus, undatus colore castaneo claro, & albo.

Alius similis coloris vivioris.

118. Turbo albi coloris, signatus, ac dentibus armatus super omnem, & circumvolutio, quæ extendit supra os caniculum longum quasi quantum longum est totum corpus, igneo colore fulgens, nuncupatus fusus.

119. Turbo duo & viginti spiris convolutus, nuncupatus Tibia musica, sive Calamus musicus cum notulis coloris violacei obscuri supra fundum album propè super junctura earum spirarum: ex his sunt sex similes, quidam minoris, & quidam vivioris coloris.

120. Turbo venulis distinctus coloris rubri fulgentis, & tendentis ad flavum.

121. Turbo quatuordecim spiris convolutus, unaquæque quarum diceres avulsam, coloris penitus nigri, in ore vero, & labro coloris albi: Americanus, atque rarissimus.

122. Turbo similis, & totidem spiris convolutus, exceptis septem ultimis, quæ sunt ossei coloris.

N.123. Turbo Persicus, Buccina nuncupatus, decem & octo spiris convolutus, unaquæque quarum habet supra se duos circulos ossei coloris.

Alius similis.

124. Turbo convolutus sexdecim spiris versus os revolutis, minutis rimulis ornatus, venasque præferens ossei & carnei coloris.

125. Turbo decem & octo spiris circumvolutus, ex arte in scheletrum redatus, supra cujus spinam reguntur, & dirigun-tur orbes instar scalæ cotlearis.

126. Turbo carneo colore punctatus

127. Turbo coloris castanei clari, & albi, undatus verò carnei.

128. Turbo viridis, albus, & lividus.

129. Turbo coloris obscuri in area alba cum duabus fasciis nigris, & ore flavo.

130. Turbo nuncupatus Cylindrus coloris obscuri, cum punctulis coloris flavi lucidus, ore autem albo sub n. 131.

131. Turbo Tigris, vel Pardi colorem præferens cum duabus fasciis nigris, & ore flavo.

132. Turbo cinerei coloris, albis retibus indutus, cum duabus fascis latis, ore verò punctato coloris nigri, labro autem coloris carnei.

133. Turbo coloris cinerei clari cum quibusdam lineis in ore, instar alphabeticæ litteræ A: magnus, cum area ampla, in circuitu vero albus.

134. Turbo colorem referens, quasi oculi Felini, cum fasciis castaneis.

N. 135. Turbo de colore Cinnamomi in corpore, cum exiguo circulo minutim teſſellulato ignei coloris, & ſic in fine quarumcumque ſpirarum.

136. Turbo decem orbium convolutionibus conſtans, octo digitis albus, factus inſtar angulorum, præter minutiſſimas criſpas, & in longum lineatus albo, & aureo colore, ex teſta craſſa, & gravi ponderis, & in ore ordinatim lineatus.

137. Turbo cum tribus rimulis propè os valde longum coloris lividi, variis ornatus punctulis tranſverſis, nigri coloris cum rimulis in prima, atque ſecunda ſpira.

138. Turbo coronatus corallini coloris in medio cono, circumdatus cingulo albo propè finem oris, ligatus in albo cum alio exiguo cingulo circa finem primæ ſpiræ, ubi a parte reſilit foras ligula alba, quæ proſequitur ex altera parte tertiæ & quartæ ſpiræ cum ore intus albi coloris, ſtriiſque diſtincto.

139. Turbo Perſicus rariſſimus cum ore ter grandiore quam ſex orbes quos habet, in cujus medio cernuntur egredi duæ rimulæ, tanquam craſſa cingula; totus minutis lineis ductus albi coloris, & cum punctulis coloris caſtanei fulvi.

140. Turbo albus cum tribus circulis circum primam ſpiram coloris caſtanei clari, in extremitate corporis dentibus armatus.

141. Turbo ſulcatus, & coronatus cum exiguo ore denticulato, & cono amplo; in prima oris parte inſpiciuntut varii rimuli corallini; nuncupatus Raphanus, idque etiam inſpicitur in fine ultimæ ſpiræ.

N. 142. Turbo cum ore lato, dentibus armato, ex altera parte coronatus, ſic ſubter in dorſo corporis proſequens ſimili ordine in ſingulis orbibus, in colore albo aureis punctulis diſtincto. Alius Turbo ſimilis minoris magnitudinis.

143. Sex Turbines auriti tuberoſi grandes, cum duobus labris denticulatis, & revolutis ordine cerebroſo cum mantio ventre, ex prima orbium convolutione format conum cum angulo obducto, qui terminat in acumen, & in baſe cujuſcumque convolutionis habet circuitum verutorum ſimilium interioribus dentibus Canis, in colore albo, vinaceo, croceo & amethiſtico; in labro habet quinque maculas nigras, quæ ejus decorem augent.

144. Turbo ſimilis denticulatus extra os coloris flavuli cum labro penitus revoluto ſupra corpus, cinctus cingulo ordine recto cum variis puſtulis, albo colore lineatus in ore; admodum rarus.

145. Duo Turbines marmorei albi longitudinis ſemicubiti cum quatuor orbium convolutionibus & ore verſo in contrariam partem aliorum Turbinum & cono valde amplo, ſecus quem exi canalis in forma curva; rari valde.

146. Turbo ſulcatus in albo colore cum

cum puſtulis in fundo cinericio claro dupliciter denticulato.

N. 147. Turbo ſimilis coloris albi, cinerei clari, cum duplici ordine dentium, cum venis coloris caſtanei clari in criſpas redactis inſtar Rochetti ſanguinei coloris in ore ſulcato duplici ordine.

148. Turbo alatus uſque ad ſecundam ſpiram, circum ambas apparet coronatus colore albo, & livido.

149. Turbo cum ore magno, labro revoluto ſupra corpus, cum dorſo lineato ſpiris ſerpentibus caſtanei coloris, albus cum faſciolis flavis.

Alius ſimilis coloratus.

150. Turbo coronatus intra labrum, repletus canaliculis obvolutis faſcia coloris flavi fulvi.

151. Turbo cum quatuor ſpiris corporis admodum ampli altè ſulcati, atque coronati colore terreo, livido, & citrino.

152. Turbo ſimilis cum fundo coloris cinerei, & ſimul albi, leviter ſulcatus, atque coronatus, os verò duplici ſulcatum ordine.

153. Duo Turbines cum ore diſſimili ſub n. 142. ſignatus quaſi quibusdam clavulis, a medietate corporis, uſque ad ultimam ſpiram, colore capillino, & albo.

154. Turbo cum ore quadrato, per tranſverſum ſignatus, repletus tuberculis carnicini, lividique coloris.

155. Turbo cum tuberculis grandioribus, & ore carnicini coloris.

N. 156. Turbo vinacei coloris, & clari, intus, & foris ſignatus notis coloris caſtanei.

157. Turbo ſulcatus in corpore, dentibus armatus in extremitate primæ ſpiræ, & in reliquo coronatus opificio pulcherrimo

158. Turbo ſignatus acutis tuberculis, repletus punctulis coloris albi, & pulli, ore verò levigato.

159. Turbo plenus rugis, & tuberculis acuminatis minutim maculatus, colore pullo cum ore dentibus munito coloris caſtanei, & albi cum lineis violaceis.

160. Turbo cum dorſo ſulcato in longum, & caſellulis ornato cum fundo coloris argentei auro mixti cum labris albis inſtar lactis, dentibuſque armatis.

161. Turbo cum faſcia quæ ligat corpus.

162. Turbo ſimilis, ſed abſque faſcia.

163. Turbo major de colore ut Caco Æthiopis cum duplicibus faſciis albis circumductis in longum, ſulcis autem in tranſverſum, cum eminentibus rimulis ſupra corpus, & circum alias ſpiras, os habet album, ſed lineatum colore caſtaneo.

164. Turbo ſimilis minor cum lineis albi, & caſtanei coloris in corpore, & in medio aliarum ſpirarum; os autem habet lineis ſignatum caſtanei obducti, in medio verò albi, rubri, atque cerulei.

165. Turbo ſimilis inferior cum albis faſciolis in ore.

166. Tur-

N. 166. Turbo exiguus ſub n. 84 cum ore diſſimili minutim ſulcatus, colore albo, & caſtaneo claro, cum labro crenis diſtincto.

167. Turbo ſimilis cum ore exiguo opificium præferens in prætextulis, a principio uſque ad extremitatem ſpirarum.

